

The Electronic *Manipulus florum*  
[www.manipulusflorum.com](http://www.manipulusflorum.com)

Parentes c  
cum fontibus proximo et primis

Non iniuriose negligit matrem,  
nec mater negatur, que eiam de cruce agnoscitur.  
Religiosiores monstrantur copule mencium quam corporum,

Unde Beda de illis verbis Domini:

*Mater mea et fratres mei hi sunt, qui verbum Dei faciunt, ait:*

«Non iniuriose negligit matrem,  
nec mater negatur, quae etiam de cruce agnoscitur,  
sed religiosiores monstrantur copulae mentium quam corporum».

Petrus Lombardus, *Sententiae in IV. libris distinctae*, 3.29.6  
(*Spicilegium Bonauenturianum*, editio tertia, p.176, ll.1-5).

et corporali necessitati prescriptorum caelestium forma praefertur.

Ambrosius super Lucam.

Ergo hic non, ut quidam haeretici tendiculas aucupantur,  
mater negatur, quae etiam de cruce agnoscitur,

sed necessitudini corporali praescriptorum caelestium forma praefertur.

Ambrosius Mediolanensis, *Expositio euangelii secundum Lucam*, 6.38  
(CCSL 14, M. Adriaen & P.A. Ballerini eds., p.188, ll.401-404).